DEEDS
Documents of Early England Data Set

Charter Document - 05570086

Charter Number: 05570086

Cartulary Title: Newly Discovered Charters of King John [London]

Charter Language: Latin

Charter Origin: Royal

Charter Type(s): Notification

Date: 1202

Date Type: Internal, Regnal

Resource Link(s): The Magna Carta Project (http://bit.ly/2Je2gSy)

View Map

Charter:

Ioh[anne]s Dei gratia rex Angl[ie] dominus Hibernie dux Norm[annie] Aquit[anie] et com[es] Andeg[auie] archiepiscopis episcopis abbatibus com[itibus] baron[ibus] iustic[iis] vic[ecomitibus] prepositis ministris et omnibus ball[iuis] et fidelibus suis salutem Sciatis nos concessisse et presenti carta nostra confirmasse venerabili patri nostro in Cristo Huberto Cant archiepiscopo et successoribus suis in perpetuum quod liceat eis terras quas homines de feodo ecclesie Cant tenent in gauelikende conuertere in feoda milit[um] et quod idem archiepiscopus et successores suis tandem in omnibus potestatem et libertatem habeant in in perpetuum in homines illos qui terras easdem ita in feoda militum conuersas tenebunt et in heredes eorum qui ipsi archiepiscopus habet et successores sui post eum habebunt in alios milites de feodo ecclesie Cant et in heredes eorum et homines illi et heredes eorum eandem per omnia libertatem habeant in perpetuum quam alii milites de feodo ecclesie Cant et heredes eorum habent ita tamen quod nichilominus consuetus redditus denariorum reddatur integre de terris suis sicut prius et xenia aueragia et alia opera que fiebant de terris eisdem conuertantur in redditum denariorum equiualentem et redditus ille reddatur sicut alius redditus denariorum Quare volumus et firmiter precipimus quod quicquid predictus archiepiscopus et successores sui post eum de terris illis in feoda militum secundum prescriptam formam conuertendis fecerint ratum in perpetuum et stabile permaneat et prohibemus ne quis contra factum ipsius archiepiscopi vel successorum suorum in hac parte venire presumat T[estibus] E[ustachio] Elien et S[auarico] Bathon episcopis G[alfrido] filio Petri com[ite] Essex Willelmo Marescallo com[ite] de Penbroc Roberto de Harecort Garino filio Geroldi Petro de Stok Ric[ardo] de Riueriis Roberto de Tateshal Dat per man[um] Simon[is] archidiaconi Wellen apud Rupem Aur[i]uall iiii die Maii anno regni nostri tercio



Institution - an Institution associated with either the giver or receiver of a property transaction in a charter

Property - a property place location that is a transaction in a charter

Issued - the issued at place location for the charter

Charter

DEEDS
Documents of Early England Data Set
UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

These works are presented as a contribution to scholarship in the field of medieval history, and we believe that our usage of these works are fair dealing under Canadian copyright law.
Please direct any queries to copyright@library.utoronto.ca.
Copyright 2013 University of Toronto
Accessibility. Tell us about a web accessibility problem.